Anni Mundi.	Anni A fundat. Templi.	IUDÆI.	MEDI. BABYLONII.	Anni Periodi Iul.	Anni Ante æram Chr.
3398	407	Iudæam invaſit Nabuchodonoſor, 4. *Reg.* 24. ℣. 1. & Ioakim catenis vinxit, 2. *Paralip.* 36. ℣. 6. Indeque INITIUM CAPTIV. BABYLONICÆ LXX. ANNORUM.		4108	606
		Daniel. Tunc annorum circiter 8. cum ceteris captivis abducitur. Vixit verò uſque ad Cyri tempora, hoc eſt ad annum vitæ circiter 80.			
3399	408		Nabuchodonoſor, patre eius mortuo, totius imperij fit dominus; indeque ſecundum eius regni initium.	4109	605
3401	410	Ioakim, poſtquam 3. annis in fide Nabuchodonoſoris permanſit, rebellavit, 4. *Reg.* 24. ℣. 1. *&* 3.		4111	603
3405	414	A Chaldæis captus, abiectus eſt inſepultus, *Ierem.* 22. ℣. 18. *&* 19. *& cap.* 36. ℣. 30. XVIII. Ei ſucceſsit filius eius Ioachin ſive Iechonias, Iekonias, aut Ieconias dictus, qui cùm menſes 3. & dies 10. regnaſſet, captivus abductus eſt cum matre & proceribus, 4. *Reg.* 24. ℣. 8. *&c.*		4115	599
			Ezechiel.		
3409	418	XIX. In eius locum ſubſtituitur Matthanias patruus ipſius Ioſiæ filius, nomine eius in SEDECIAM mutato, qui 11. plenis annis regnavit, 4. *Reg.* 24. ℣. 17. 18. *&c.*	Anno 5. ab hac deportatione prophetare incipit, uſque ad annum 27. *Ezech.* 1. ℣. 2. *& cap.* 29. ℣. 17.	4119	595
3435	444		Mente alienatus Nabuchodonoſor, & per 7. annos beſtiarum more vivit. *Dan.* 4. ℣. 30.	4145	569
3442	451	*Iubilæus XVIII.*	Sanitati & regno reſtitutus paulo poſt moritur, cùm regnaſſet ſolus annos 43. cum patre menſe circiter 20. *Ibid.* ℣. 31.	4152	562
3444	453		Ei ſucceſsit filius Evilmerodachus, anno à deportatione Iechoniæ 37. cuius convivæ Iechonias, & Daniel, 4. *Reg.* 25. ℣. 27. *&c. Dan.* 14. ℣. 1.	4154	560
3445	454		Cùm Evilmerodach paulo pluſquam duobus annis regnaſſet, eum occidit Nerigliſſor, qui ann. 4. regnat, *Beroſ. apud Ioſeph. lib.* 1. *contra Appion.* Qui adverſus Medos & Perſas, ſubditos ſuos ſocioſque ſollicitat, *Xenoph.*	4155	559
3448	457		Hac occaſione CYRUS à patre Cambyſe & avunculo Cyaxare, totius exercitûs imperator conſtituitur. Indeque 30. anni principatus ipſius, ad finem tendente anno 1. Olymp. 35. *Xenoph. inſtit. lib.* 3.	4158	556
3449	458		Hoc in prælio Babylonius occiditur, *Xenoph.* Laboroſaorchadus patri Nerigliſſori ſuccedens, regnat menſes 9. *Beroſ.* Quo interfecto, ei ſuccedit Nabuchodonoſoris ex filio nepos Nabonydus, ſive Labinytus, qui & Danieli Baltaſſar, regnatque annos 17.	4159	555
3466	475		Baltaſſar eâdem nocte quâ convivium celebrabat à militibus Cyri occiditur. *Dan.* 5. ℣. 30. *cum Xenoph.* Eſtque regnum Babylonicum ad victores MEDOS & PERSAS translatum, *ibid.* ℣. 28. *&* 31.	4176	538
3468	477		Tunc Darius Medus Chaldæorum imperium à victore Cyro accepit. *Ibid.* ℣. 31. *cum Xenoph.* Imperavitque annis duobus.	4178	536

SEXTA MUNDI ÆTAS

Annorum 532.

Et aliquot menſium.

A LIBERTATE CONCESSA PER CYRUM AD CHRISTUM NATUM.

Anni Mundi.	Anni Perſar.	RES IUDÆORUM.	PERSARUM IMPERIUM.	Anni Periodi Iul.	Anni Ante æram Chr.
	1	IUDÆI in patriam reditum inſtituunt, pauperioreſque imperatis ſubſidiis iuvantur, 1. *Eſdr.* 7. ℣. 13. *&* 28. *cum c.* 8. ℣. 15. *&c. &* 2. *Eſdr.* 2. ℣. 8. *cum c.* 5. ℣. 13.	CYRUS exinde, Cambiſe patre in Perſia & Cyaxare patruo (ſive Dario Medo) in Media, vitâ functis, ſolus Orientis Monarchiâ potitus eſt annis 7. *Xenoph.* Tuncque Iudæis redeundi poteſtatem fecit, 2. *Par.* 36. ℣. 23.		
3475	7	Initio regni Aſſueri (ſive Cambiſis) Samaritani Iudæos ſcripto accuſant, 1. *Eſdr.* 4. ℣. 6.	Septuagenarius verò vitâ functus eſt.	4185	529
3476	8		Cambiſes eius filius regnat ann. 7. & menſes 5. Quod reliquum erat anni, MAGUS occupavit.	4186	528
3482	15	Mago etiam, ſub nomine Artaxerxis, datæ ab illis litteræ. *Ibid.* ℣. 11.		4192	522
3483	16		Magi fraude detectâ, à 7. coniuratis ille conficitur, è quibus DARIUS HYSTASPIS unus, rex ab aliis ſalutatur, regnatque ann. 36. *Iuſtin. Herodot.*	4193	521
		Aggæus			
3485	18	Reduce iam populo, Darij ann. 2. cœpit Iudæorum negligentiam in extruendo templo carpere, *Agg.* 1. ℣. 1. *&c.*	Hunc Eſtheris Aſſuerum eſſe putamus. *Vide titul. lib. Eſther.*	4195	519
		Zacharias Eiuſdem anni menſe 8. populum ad reſipiſcentiam hortatur, *Zach.* 1. ℣. 1. *&c.*			
3491	24	*Iubilæus XIX.*		4201	513
3519	52		Xerxes Darij filius regnat annos 12. qui omnem vim adverſus Græcos concitavit, iuxta vaticinium Danielis, *Dan. cap.* 11. ℣. 2.	4229	485
3531	64		Artaxerxes Longimanus eius filius regnat ann. 48.	4241	473
3537	70		Anno regni eius 7. Eſdras diploma obtinuit ad Rempublicam Iudaicam reformandam, & cum magna Iudæorum multitudine profectus eſt, 1. *Eſdr.* 7. ℣. 11. *&c.*	4247	467
3540	73	*Iubilæus XX.*	Anno eiuſdem 20. menſe Niſan, reſtituendæ Ieruſalem poteſtatem obtinet Nehemias, 2. *Eſdr.* 2. ℣. 1. *&* 8. Indeque	4250	464
3550	83			4260	454
		Malachias	INITIUM LXX. SEPTIMANARUM DANIELIS.		
3562	95	Ultimus prophetarum, videtur Nehemiæ æqualis, ſiquidem illas reprehendit corruptelas quæ tempore eius ſecundæ præfecturæ, poſt annum 32. neceſſariò inchoandæ contigerant.	Nehemias rediit ad regem Perſarum, 2. *Eſdræ, ſive Nehem.* 13. ℣. 6.	4272	442
3573	106		Initium belli Peloponeſiaci, *Thucid.*	4283	431
3579	112		Anno huius belli 7. Xerxes moritur, *Thucid.*	4289	425
3580	113		Et ſucceſsit Xerxes II. eius filius, qui regnat ann. 1. *Diodor.* Secundianus, Xerxe fratre interfecto, regnat menſes 7. *Idem.*	4290	424
3581	114		Ochus, alter Artaxerxis filius, necato Secundiano, regnat ann. 19. qui mutato nomine Dariæus ſive Darius Nothus eſt appellatus.	4291	423
3599	132	*Iubilæus XXI.*	Artaxerxes Mnemon, filiorum eius maximus regnat ann. 43. *Diodor.*	4309	405
3600	133			4310	404
3638	171	*Iubilæus XXII.*	Ochus regnum occupat per ann. 23. qui ARTAXERXES voluit cognominari, *Poliæn.*	4348	366
3643	176			4353	361
3666	199	Anni Alexandri.	Eo à Bagoa Ægyptio interfecto, regnavit Arſen filius eius minimus, quo item à Bagoa ſublato, anno regni eius 3. CODOMANUS in regno collocatur, qui Darij nomen aſſumpſit, *Diodor.* & annos 6. regnat.	4376	338
3668	201	1 — Is annus finem vitæ Philippo attulit, & initium regni Alexandro, annos tum 20. nato, *Plut.* Regnavit verò ann. 12. & menſ. 8. *Arrian.*		4378	336
3674	207	6	Alexander anno regni eius 6. pugnâ ad Arbellum datâ, Darium delevit. Mox Babylonem contendit, totoque Oriente potitur, *Plutar. Curt.*	4384	330

GRÆCORUM MONARCHIA.

Anni Mundi.	Anni Alexandri.		Anni Periodi Iul.	Anni Ante Chr.
		Huic verò Monarchiæ Alexander 6. ann. & 10. menſ. præfuit, quo tantulo ſpatio, tot & tanta in Oriente ille geſsit, ut pervolaſſe potiùs quàm peragraſſe dicere poſsis. Unde etiam pardo alato comparatur à Daniele, *cap.* 7. ℣. 6.		
3681	13	Poſt mortem Alexandri, ortâ de formando rerum ſtatu diſcordiâ, provinciæ inter principes ſunt diſtributæ. Qui cùm mutuis inter ſe bellis diu exarſiſſent, alia aliis incrementorum materies fuêre Imperia: quorum quatuor præcipua à Daniele obſcuris ſignificationibus ſunt adumbrata. *Ibidem.* Horum principes fuêre, PTOLEMÆUS in Ægypto, SELEUCUS in Babylone & in Syria, CASSANDER in Macedonia & in Græcia, ANTIGONUS in Aſia. Ex quibus Ægypti & Syriæ reges maximè faciunt ad ſacram hiſtoriam.	4391	323

Anni Mundi.	REGES ÆGYPTI.	REGES SYRIÆ.	Anni Periodi Iul.	Anni Ante Chr.
3682	PTOLEMÆUS ergo Lagi filius, Soter dictus, Ægyptium citra vim adeptus regnum, nomenque poſteris reliquit; Cùm vix aliquot menſes eo eſſet potitus.	SELEUCUS equitum præfectus primùm creatus, poſteà Babyloniam obtinuit, ANTIGONUSQUE Suſianam, *Diodor. lib.* 18.	4392	322
			4397	317
3687	*Iubilæus XXIII.*		4429	285
3719	PHILADELPHO filio illud tradit, anno integro, & menſ. 3. ante mortem. Tuncque accurante Demetrio Phaleræo verſio Græca ſacrorum voluminum à LXXII. Interpretibus facta eſt, quam ideo nonnulli è patribus ſub Ptolemæo Sotere inſtitutam aiunt, quia adhuc eo vivo; alii ſub Philadelpho, quia eo iam regnum adepto.			
3727	Regnavit autem Philadelphus annos ferè 39.	ANTIOCHUS Soter poſt patris Seleuci mortem regnum obtinuit ann. 19. *Sever. Sulp.*	4437	277
			4446	268
3736	*Iubilæus XXIV.*	ANTIOCHUS cognomine *Deus*, ſive *Divus*, patri ſuccedit & regnat ann. 15.	4453	261
3743				
3758	PTOLEMÆUS Evergetes patri ſuccedens regnat ann. 25. *Ptolem. Hieron.*	SELEUCUS Callinicus, ſeu Pogon dictus, patri ſuccedens regnat ann. 20. *Euſeb.*	4468	246
3778		SELEUCUS Ceraunus, patri ſuccedens regnat 3. annos: quo interfecto, exercitus in regnum vocat.	4488	226
3781		ANTIOCHUM Magnum eius fratrem, quod ann. 36. obtinuit, *Porph. Euſeb.*	4491	223
3783	PTOLEM. Philopator patri ſuccedens, regnat ann. 17. *Ptolem. Euſeb.*	Huius minor filius ANTIOCHUS, pace cum Romanis factâ, obſes Romam miſſus eſt: Maior vero,	4493	221
3785	*Iubilæus XXV.*		4495	219
3800	PTOL. Epiphanes patri ſuccedens, regnat ann. 24. *Ptolem.*		4510	204
3816	Galatæ ſive Galli à Manlio in Olympo monte oppugnati: poſteà ad Ancyram devicti, ubi captivi catenas morſibus & ore tentaverunt, atque ſuffocandas invicem fauces præbuerunt, *Liv.* De hac victoria meminit quoque, 1. *Machab.* 1. ℣. 19.	SELEUCUS Philopator (Ioſepho *Soter* dictus) à patre in ultimas regni partes exercitum ducente, ſucceſſor declaratur, 2. *Machab.* 9. ℣. 23. Et annos 12. regnat, *Appian. Euſeb.* Ad hunc Seleucum ſpectat, quod *cap.* 3. ℣. 3. *&c.* 4. ℣. 7. *lib.* 2. *Machab. dicitur.*	4526	188
			4534	180
3824	PTOLEM. Philometor patri ſuccedens, regnat ann. 27.	Sub finem regni Seleuci, DEMETRIUS eius filius, pro Antiocho, Antiochi Magni filio, obſes ſubſtitutus eſt, *Appian.*	4538	176
3828				
3829		*Antiochus* igitur, cùm Româ in patriam rediret, frater eius maior Seleucus inſidiis Heliodori periit. Sed Heliodorum Eumenes & Attalus expulerunt, deducto in poſſeſsionem regni Antiocho: qui an. 11. & menſes aliquot regnavit.	4539	175
3834	*Iubilæus XXVI.* Antiochus Philometori diadema abſtulit, Alexandrini ſummam rerum fratri EVERGETÆ promittunt, ad quem confugit Philometor, quem ipſi à poteſtate Antiochi liberantes, eum regni participem eſſe voluerunt, cùm huius ann. 12. illius primum numerantes. Etſi paulò poſt, illi Philometorem in exilium egerint. *Euſeb. Iuſtin.*		4544	170
3836	Perſeo à L. Æmilio victo, REGNUM MACEDONICUM cecidit, cùm iam inde à Carano per annos 626. ſtetiſſet, huius verò reliquiæ in Ptolemæis &		4546	168
3840	Seleucidis ſuperſtites fuêre.	Antiochus inhoneſtè rediens ex Perſide moritur; eique ſuccedit eius filius. 2. *Mach.* 9. ℣. 1. ANTIOCHUS Eupator curante Lyſiâ. *Ibid. cap.* 13. ℣. 2. *&c.*	4550	164

Anni Mundi.	REGES ÆGYPTI.	REGES SYRIÆ.	Anni Per. Iul.	Anni ante Chr.
3842	ONIAS, Oniæ 3. Pontificis filius, videns ſummum ſacerdotium Alcimo datum, in Ægyptum venit. Poſtquam ambo Ptolemæi 6. annos pacificè regnaſſent, Philometori regnum abſtulit Evergetes, *Euſeb.* Ille petendi auxilij causâ Romam venit. Romani eum reſtituerunt, iuniori fratri Cyprum concedentes, quod diuturnæ concertationis materies fuit, *Val. Max. Polyb. Liv.*	Hic interfecto *Menelao*, 2. *Mach.* 13. ℣. 5. *&* 6. ſummum Sacerdotium *Alcimo* dedit. 1. *Mach.* 7. ℣. 9. *cum* 2. *Mach.* 14. ℣. 13. *Demetrius* Soter Seleuci filius Româ fugiens, comparatis copiis Romam venit, ubi Antiochum & Lyſiam occidi iuſsit, *Zonar.* 1. *Machab.* 7. 1. &c. Demetrius regno potitus BACCHIDEM Meſopotamiæ præfectum, & cum eo Alcimum in Iudæam miſit, *ibid.* ℣. 7. 8. *&* 9.	4552	162
3843	Philometor & eius uxor Cleopatra totam Ægyptum Iudæorum fidei commiſerunt; & copiarum duces fuêre ONIAS & DOSITHÆUS, *Ioſeph. lib.* 2. *contra App.*	NICANOREM etiam poſteà miſit unum ex principibus ſuis, 2. *Mach.* 8. ℣. 9. MACHABÆUS fœdus init cum Romanis, & paulo poſt fortiter dimicans interimitur, 1. *Mach.* 8. ℣. 21. *cum* 9. ℣. 18. IONATHAS ipſius loco, dux eligitur. *Ibid.* ℣. 31. IOANNES eorum frater dolo occiditur. *Ib.* ℣. 36. & 42.	4553	161
3850		Antiocheni à Demetrio deficiunt, ſubornantque infimæ ſortis iuvenem cui nomen Alexandri inditur, genituſque ab Antiocho dicitur, *Iuſtin. Appian. Sever. Sulp.* Iſque Ioſepho BALLES Straboni BALAS eſt cognominatus.	4560	154
3852	Claruit tunc ARISTOBULUS IUDÆUS, Peripateticus Philoſophus, *Euſeb.*	*Ionathas* cum hoc Alexandro pacem renovat, qui eum ſummum Sacerdotem conſtituit, cum civitas per 7. ann. & menſes 6. ſcilicet à morte Alcimi nullum habuiſſet, 1. *Mach.* 10. ℣. 18. 59. & 89. *Ioſeph.*	4562	152
3854	Onias cùm de recuperando pontificatu ad Aſmonæos tranſmiſſo, nulla ſpes ſupereſſet, à Philometore obtinet, ut in Heliopolitana præfectura templum ad inſtar Hieroſolymitani extrueret, illicque ipſe Pontifex conſtituitur.	*Demetrius* cum Alexandro commiſſo prælio interficitur, cùm annos 12. regnum Syriæ obtinuiſſet. 1. *Mach. ibid.* ℣. 50. *Euſeb. Ioſeph.*	4564	150
3856		DEMETRIUS IUNIOR, Demetrij Soteris filius in Ciliciam trajicit. ALEXANDER BALAS territus, è Phœnicia properat Antiochiam, eiuſque præfecturam HERACI ac DIODOTO, qui & TRYPHON, tradit, 1. *Mach.* 11. ℣. 39. & 56. *Ioſeph. Iuſtin.*	4566	148
3858	*Ptol. Philometor* cum magnis copiis in Syriam venit per ſpeciem iuvandi Alexandri Balæ; revera ut regnum ei adimeret, 1. *Machab.* 11. ℣. 1.		4568	146
3859	Contra Alexandrum pugnans vulneratur. Paucis poſt diebus, cùm Zabdiel Arabs Alexandri caput ad eum miſiſſet, hoc ſpectaculo animum & oculos paſtus, expiravit, 1. *Machab.* 11. ℣. 15. 17. & 18. *Polyb. Liv. Ioſeph.*	Alexander è Cilicia validum ducens exercitum, Syriam invaſit. 1. *Mach.* 11. ℣. 1. 2. &c. Occurrens ei Ptolemæus cum Demetrio iam genero ſuo, eum vicit. ℣. 15. Illic fugiens dolo à ſuis eſt necatus, 1. *Mach. ibid.* ℣. 17. *Liv. Strab.* Poſt Alexandri mortem, ſolus Syriæ regnum obtinuit DEMETRIUS, qui etiam, NICATOR, ſive NICANOR eſt appellatus, 1. *Mach. ibid.* ℣. 19. *App.*	4569	145
3860	Cleopatra Philometoris ſoror & coniux, & paternum regnum filio aſſerere nititur. *Ioſeph.* EVERGETES qui & PHYSCON, Philometoris frater eius conatibus reſiſtit; adversùs quem Onias pro Cleopatra bellum ſuſcepit, *Ioſeph.*	Tryphon ex Arabia adducens Antiochum puerulum, filium Alexandri Balæ, qui Θεὸς ſive *Deus* cognominatus eſt, regnum illi aſſeruit, 1. *Mach. ibid.* 54. & 55. *Ioſeph. Liv.*	4570	144
3861	Iudæi Ieroſolymitani, ad Iudæos Ægyptienſes de celebrando feſto Tabernaculorum menſis Casleu, ſcribunt, 2. *Machab.* 1. ℣. 18.	Ionathas Ptolemaide à Triphone occiditur. 1. *Mach.* 13. ℣. 23. SIMON poſtea dux eligitur, *Ibid.* ℣. 8. *Ioſeph.* Antiochum Theon poſtea etiam occidit Tryphon indeque ſibi diadema regni impoſuit, 1. *Mach.* 13. ℣. 31. *&* 32. *Liv. Iuſtin.* Demetrius priora pacta cum Simone confirmat, tributa remittit. 1. *Mach.* 13. ℣. 36. &c. Atque ita, iugo Gentium ab Iſraele ſublato, cœpit populus in Syngraphis ſcribere: ANNO I. Simone PONT. MAGNO, *ibid.* ℣. 41. *&* 42. *Ioſeph.*	4571	143
3863		Demetrius contra Parthos movens, vivus in poteſtatem hoſtis venit, 1. *Mach.* 14. ℣. 2. & 3. *Ioſeph.*	4573	141
3864		Tryphonis mores milites pertæſi, defecerunt ad Cleopatram Demetrij uxorem, quæ fratri eius Antiocho coniugium ſuum, & regnum obtulit, *Ioſeph.* ANTIOCHUS à religione *Pius*, à cognomento Paterno *Soter* dictus, & apud Trogum SIDETES, regio nomine aſſumpto, litteras Simoni miſit, 1. *Mach.* 15. ℣. 1. Numenius & Antipater à Simone Romam mittuntur ad renovandam amicitiam, 1. *Mach.* 14. ℣. 24.	4574	140
3865		*Antiochus Sidetes* in terram paternam reverſus Cleo-	4575	139

Anni Mundi.	REGES ÆGYPTI.	REGES SYRIÆ.	Anni Periodi Iul.	Anni ante Chr.
		patram in uxorem recipit. Regnavitque dehinc 9. annis, *Iuſtin. Euſeb.* 1. *Machab.* 11. ℣. 12. Tryphon interea fugit in Phœniciam, 1. *Mach.* 15. ℣. 37.		
3866		Tum conſtituit Antiochus Cendebæum Præfectum regionis maritimæ, qui perſequitur Tryphonem, *Ibid.* *Cendebæus* Iudæam excurſibus infeſtat. *Ibid.* ℣. 40. Simon iam ſenio confectus, duobus maioribus filiis, *Iudæ* & IOANNI Hyrcano, belli curam committit, 1. *Mach.* 16. ℣. 2. *&c.*	4576	138
3867	PTOL. EVERGETES II. ſive PHYSCON, multos Alexandriæ cives, qui eum in regnum vocaverant, iugulavit; ipſam quoque ſororem ac coniugem Cleopatram repudiavit, *Iuſtin.*	Tryphon Apameam ſe recipit, quâ captâ interficitur, *Ioſeph.*	4578	137
3868		Simon Pontifex inſidiis Ptolemæi generi ſui, in convivio periit, cùm 8. ann. & menſ. 3. Pontificatu functus eſſet, *Ioſeph.* 1. *Machab.* 16. ℣. 16. Ioannes Hyrcanus exinde Pontifex factus eſt, *Ibid.* ℣. 21. *&* 22. *Ioſeph.* ATQUE HIC FINIS HISTORIÆ MACHABÆORUM.	4579	136

CONTINUATUR SERIES REGUM ÆGYPTI ET SYRIÆ, necnon res Iudaicæ à fine Machabæorum.

Quædam etiam de Romanis intermiſcentur.

Anni Mundi.	REGES ÆGYPTI.	RES IUDÆORUM.	REGES SYRIÆ.	Anni Periodi Iul.	Anni ante Chr.
3871		IOANNES HYRCANUS, tribus millibus talentorum è ſepulchro David ablatis, primus Iudæorum alere cœpit peregrina auxilia, *Ioſeph.*	ANTIOCHUS SIDETES Ieroſolymam obſidet. Ieroſolymitani ſe illi dedunt, *Ioſeph.*	4581	133
3873	Ieſus filius Sirach in Ægyptum veniens; librum avi ſui Ieſu in Græcum tranſtulit, *Eccli. Prolog.*			4583	131
3874	Evergetes II. à civibus eiectus ſorori pariter ac patriæ bellum infert, *Liv. Iuſtin.*	Antiochum Sidetem contra Phraatem ſecutus IOANNES à devictis Hyrcanis cognomen accepit, *Ioſeph. Sever. Sulp.* Poſt Antiochum Sidetem, Iudæi à Macedonibus defecerunt & Syriam magnis bellis infeſtarunt, *Iuſtin. Ioſeph.*	*Antiochum* re malè geſtâ ſibi manus intuliſſe auctor eſt Appianus. A Parthis in prælio occiſum memorat Iuſtinus. Demetrius Nicanor frater eius, à Phraate dimiſſus in regnum ſucceſſit, *Iuſtin.*	4584	130
3875		Hyrcanus templum Cuthæorum diruit, poſt annos 200. quàm à Sanaballate ſtructum eſt, *Ioſeph.* Subiugatos Idumæos circumciſionem accipere coegit, indeque inter Iudæos cenſeri cœpti ſunt, *Ioſeph. Strabon.*	Syri Demetrio infenſi, ad Evergetem II. mittunt, aliquem ex Seleuci genere ſibi dari poſtulantes. Quibus ille iuvenem quemdam miſit, fingens illum Alexandri Balæ filium, & ipſum Alexandrum dictum, quem Syri ZEBINAM cognominarunt, *Iuſtin. cum Porphyr.*	4585	129
3878	Iudæi Palæſtini celebraturi Encænia repurgati Templi, ſcripſerunt ad Iudæos Ægyptienſes, 2. *Machab.* 1. ℣. 18.		Demetrius vincitur à Zebina, qui ſocietatem init cum Hyrcano, *Iuſtin. Liv. Ioſeph.*	4588	126
3880		Ioann. Hyrcan. arcem quam Herodes poſtea Antonianam appellavit, prope templum extruxit, in qua maiorem partem temporis degebat, & ſtolam reponebat, quâ nemo præter eum utebatur, *Ioſeph.*	SELEUCUS Demetrij filius, invitâ matre Cleopatrâ, regnat in Syria annum unum, *Liv. Euſeb.*	4590	124
3881			Hunc mater ſagittâ confixum interemit, & alterum filium ANTIOCHUM GRYPHUM regem conſtituit, *Liv. Euſeb.* quem *Philometorem* cognominat Ioſephus.	4591	123
3883		*Iubilæus* XXVII.		4593	121
	Ever-	Ioann.	Hic		

Anni Mundi.	REGES ÆGYPTI.	RES IUDÆORUM.	REGES SYRIÆ.	Anni Periodi Iul.	Anni ante Chr.
3888	*Evergetes II.* moritur, ei ſuccedit filius eius maior PTOLEM. LATHURUS qui ſimul cum matre Cleopatra 10. ann. regnat, *Iuſtin. Pauſan.*		Hic Zebinam regno ſpoliavit, *Iuſt.*	4598	116
3893			ANTIOCHUS CYZICENUS, Gryphum vicit, & regnum eſt adeptus, *Iuſtin. Euſeb.*	4603	111
3897		Ioann. Hyrcanus moritur, cùm per ann. 29. ſummo Sacerdotio functus eſſet.		4607	107
3898	Cleopatra populum concitat in Lathurum: Alexandrumque minorem filium è Cypro arceſſit, qui in fratris locum conſtitueretur. *Iuſtin.*	Ei ſuccedit IUDAS ARISTOBULUS, quinque filiorum maximus qui primus poſt Babylonicam captivitatem regnum & diadema aſſumpſit, *Ioſeph.* Matrem ille regni æmulam, quam Hyrcanus rerum Dominam reliquerat, coniecit in carcerem & fame necavit.	Erat ille eâdem matre Cleopatrâ genitus, ſed ex Antiocho Sidete Gryphi patruo, *Ioſeph.*	4608	106
3899		Ariſtobulo mortuo SALOME uxor eius, quam Græci *Alexandram* nominant, ALEXANDRUM IANNÆUM regem conſtituit.		4609	105
3909			Antiochus Gryphus quinque reliquit filios, quorum Seleucus maior natu Cyziceno patruo debellato, regno potitus eſt, *Ioſeph.*	4619	95
3910			ANTIOCHUS PIUS Cyziceni filius, impoſito ſibi diademate Seleucum patruelem totâ Syriâ expulit qui in Cilicia, unà cum amicis ſuis concrematus eſt, *Ioſ.*	4620	94
3912			Ptol. Lathurus DEMETRIUM EUCÆRUM quartum Gryphi filium, Damaſci regem conſtituit; quo, cum fratre Philippo copias coniungente, Antiochus Pius ſuperatus, ad Parthos fugere coactus eſt, *Porphyr.*	4622	92
3916	Cleopatra, filio ſuo Alexandro exitium machinans occupata, ab eo interficitur, *Iuſtin.* Regnaverat autem ille ſimul cum matre ann. 18. *Porphyr.* Alexandrini hoc ſcelere indignati ſeniori fratri Lathuro regnum Ægypti reddiderunt, qui per ann. 7. menſ. 6. eo deinceps eſt potitus, *Iuſtin. Pauſan.* Alexander prælio navali victus interiit. *Porphyr.*			4626	88
3920	Eius filius Alexander quoque dictus Mithridati datus, poſtea in Syllæ familiaritatem venit.	Alexander Iannæus Diam urbem cepit. Edeſſam expugnavit. Gaulonam & Seleuciam cepit. Demetrium principatu ſuo exuit, & tertio demum expeditionis anno completo, domum rediit. Ibi ex temulentia, morbo contracto, triennio febre quartanâ laboravit. *Ioſeph.*	Cùm mutuis ſe odiis Seleucidæ conſumerent, populi TYGRANEM Armeniæ regem vocaverunt qui regno Syriæ ann. 18. potitus eſt, *Iuſtin.* uſque dum illi ademptum eſt à Pompeio & Romano imperio adiunctum.	4630	84
3923	Ptol. Lathurus fatu fungitur: Eius filia Cleopatra, Ptolemæi Alexandri (qui iunior Lathuri frater, matrem occiderat) uxor regnavit menſes 6. *Porphyr.* Lathurum autem ſolam Berenicem è legitimo thoro ſuſcepiſſe confirmat Pauſan. Quâ ante patrem defunctâ, proles eius illegitima, Ptolemæus quidem Cypri; Cleopatra verò iſta, & poſtea novus Dionyſius ſive Auletes, Ægypti regnum occupaſſe videntur. Niſi			4633	81
		Ale-	An-		